MISSALE DIOECESIS PATAVIENSIS . LEKTIONAR
Diözese Passau / Salzburg, Seite 83r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ue supplices tuos. Et quorum par
ticipem te fore dignatus es ihu
dignanter eorum suscipe preces. Ut
ipsos diuinitatis tue participes
deus facere digneris unice dei.

De s. Stephano

Hanc concordi famulatu co
lamus sollempnitatem.
Auctoris illius exem
plo docti benigno. Pro persecuto
rum precantis fraude suorum. O ste
phane signifer regis summe boni
nos exaudi. Proficue qui es prius
exauditus inimicis. Paulus tuis
precibus stephane te quondam per
secutus xpo credit. Et tecum tri
pudiat in regno cui nullus persecu
tor appropinquat. Nos proinde nos
supplices ad te clamantes et precibus
te pulsantes. Oracio sanctissima
nos tua semper conciliet deo nro.
Te petrus xpi ministrum statuit.
Tu petro normam credendi astruis.
Ad dexteram summi patris ostendo
quem plebs furens crucifixit. Te
sibi xpc elegit stephane. Per quem
fideles suos corroboret. Se tibi in
ter rotatus saxorum solacio manifes
tans. Nunc inter inclytas mar
tyrum purpuras coruscas corona
tus.

De scō Johanne

Johannes ihu xpo multum dilec
te iurgo. Tu eius amore carna
lem. In naui parenti liquisti.
Tu leue coniugis pectus respu
isti messiam secutus. Ut eius pec
toris sacra meruisses fluenta pota
re. Tuque in terra positus gloriam
conspexisti filii dei. Que solum scis
inuita creditur contuenda esse per
enni. Te xpc in cruce triumphans
matri sue dedit custodem. Ut iur
go uirginem seruares atque curam
suppeditares. Tu te carcere flagris
que fractus testimonio pro xpi es gaui
sus. Idem mortuos suscitas inque
ihu nomine uenenum forte uin
cis. Tibi summus tacitum ceteris
uerbum suum pater reuelat. Tu
nos omnes pretibus sedulis apud dm
semper commenda. Johannes xpi
care.

De innocentibus.

Laus tibi xpe patris optimi
nate deus omnipotencie. Quem
celitus iubilat super astra manen
tis plebis decus armonie. Quem
agmina infancium sonoris ymnis
collaudant etheris in arce. Quos
impius obnominis odium tui mi
sero strauerat uulnere. Quos pie
nunc remuneras in celis xpe propemus
nitide. Solita usus gratia qui tuos
ornas coronis splendide. Quorum pre
cibus sacris dele precamur nre pie cri
mina uite. Ut quos laudibus tuis
iunxeras nobis istic dones clemens
fauere. Illis eterne dans lumen
glorie. Nobis terrea concede uin
cere. Ut liceat serenis actibus ple
niter adipisci dona tue gracie.